

Tertium Hexastichon est Christi patientis ad Hominem Apostrophe: *Dulcis amice uides* &c. Quartum Carmen prolixior Numinis invocatio: *O lumen uerum* &c. Quintum breuius ad Mariam Virg. *Virtutum genitrix* &c. et Sextum ad Servatorem: *Christe faue uotis* &c. Omnia fat fluida.

V. p. 152. *Incipit uisio cuiusdam militis hybernensis ad edificationem multorum conscripta.* Gemina *Drithelmiana* mox relatae. Praeit *Marci* interpretis Prologus, ut *Vol. I. P. 2. col. 1258.* quo te, si lubet, refer. Miles in Exemplo praesenti *Tungdalu* audit, errore, ut puto, Scribae pro *Tungdalu*. Visio incipit: *Hybernia igitur insula est in ultimo occidentali oceano* &c.

CCCXXXV.

U. 90 Codex membraneus lat. Sec. XIII. Folior. 98. 4. bene, quamvis non ab una manu exaratus, et minio distinctus, quondam ab *Job. Alex. Brassicano* Icto nostro, ut ejus manus, dein ab *Job. Fabro* Ep. ut ejus typis excusum *Προγαμια* testatur, possessus continet: I. praemisso, et quidem *LXXII. Capitulum*, Summario *S. Augustini Enchiridion de Fide, Spe et Caritate* hic simpliciter inscriptum: *Incipit enchiridion.* Initium est: *Dici non potest Fili Laurenti Dilectissime* &c. Extat edit. *Maur. T. VI. col. 195. Περίορνη* illam: *Sicut autem nemo a se ipso — a Deo est;* Codex mox sub initium non agnoscit, et non multo

post legit: *quid in rationem, cum fides sit sola, non ueniat;* lectionis ceterum fat sincerae.

II. fol. 48. *Incipit sermo* (erasum) *ecclesie*, sed coaeva manus superscripsit: *de patrono.* Initium: *Triumphalis beati martiris N. ille dies hodie nobis anniuersaria* &c. In *Breviario Rom.* quidem *Augustina* tributus, alicubi inter *Ivonis Carnot.* Sermones existens, rectius tamen in *Append. T. V. Opp. Aug. col. 368.* repositus est.

III. fol. 49. *ἀνεπιγχαφως* Institutio de Ritibus Dicationis Ecclesiae, quae incipit: *Quoniam ad dedicationem presentis basilice hodie deuote conuenistis, oportet* &c. Non te turbent interiectae bis Rubricae: *Quid significet descriptio alphabeti*, et: *Quid signetur in uaria unctiōne altaris et ceteris.* Continuus Sermo est *Ivonis Carnotensis* sub finem anni 1115. uivis exenti *de Sacramentis Dicationis*, qui in ejus *Opp. Paris. 1647. f.* legitur ordine *Quartus* p. 269. et in *Melch. Hittorpii Collect. Liturg. Colon. 1568. f. p. 478.* Finis: *et opere implere studeatis. Prestante domino* &c.

IV. fol. 54. p. 2. *De Sacramentis neophitorum.* cuius supra in *synodo.* Verum nemo supra nominatus fuit. Est autem ejusdem *Ivonis Sermo I.* edit. cit. p. 259. qui incipit: *Quoniam populus ad fidem uocatus* &c. et finit: *sed cum gaudio rationem reddant.*

V. fol. 60. *De excellentia sacrorum ordinum et uita ordinandorum.* cuius in *synodo.* Nempe Sermo II. p. 262. hoc initio: *Quia christia-*

stianam militiam in baptisate professi estis &c. et sine: de die in diem proficiat.

VI. fol. 65. p. 2. De significationibus indumentorum sacerdotalium. Cuius supra in Synodo. Est Sermo III. edit. p. 265. et incipit: *Quia sanctitatis ministerium* (edit. sanctitas ministerii) *sanctitatem ministrorum &c.* Finit vero: *audientium ista sufficiant.*

VII. fol. 71. p. 2. De conuenientia ueteris et noui sacerdotij. cuius supra. Est Sermo V. edit. p. 272. et incipit: *Beneficia que pro saluandorum reconciliatione &c.* Finit: *non ualuit dicere, quod uoluit.*

VIII. fol. 91. p. 2. Sermo absque rubrica incipiens: *Corruptum peccatis originalibus et actualibus mundum &c.* Est Iuonis VI. p. edit. 284. inscriptus: *Quare Deus natus et passus sit, et finit: uel humana cogitatio comprehendere.*

IX. fol. 95. p. 2. rursus absque rubrica Sermo, qui incipit: *Duo sunt karissimi que principaliter attendere debet humana circumspectio &c.* Est ejusdem Sermo XXII. in edit. p. 300. insignitus: *De Oratione Dominica, et finiens: et omnia corrupta integritati restituat. Prestante domino nostro &c.* En igitur de XXIV. egregiis Iuonis Sermonibus, quos exhibet Editio cit. VII. qui calami adcuratio editis parum concedunt.

CCCXXXVI.

R. 3260 Codex membraneus lat. Sec. XII. Folior. nunc 176. f. luculen-

te, nitideque perscriptus, ac minio distinctus continet sequentia: I. *Incipit liber Sancti Augustini episcopi. De Agone christiano.* Locum e L. II. *Retract.* c. 3. praemissum: *Liber de Agone christiano fratribus in eloquio &c.* Librarius *Praefationem* inscripsit. Opus ipsum init: *Corona uictorie non promittitur &c.* Textus cum Edit. Maur. T. VI. *Opp. col. 245.* collatus mendis non vacat, rectius tamen c. 2. sub initium legit: *Ibi ergo uincuntur inimice nobis inuisibiles potestates, ubi uincuntur uisibiles cupiditates, quam inuisibiles cupiditates.*

II. fol. 13. *Incipit liber de opere Monachorum.* Praeit eodem modo *Praefationis* titulo *Locus e Retract.* L. II. c. 21. *Ut de Opere Monachorum librum scriberem &c.* Initium Operis: *Fussioni tuae sancte frater Aureli &c.* ut T. cit. col. 475. Dabo et hic discrepantis lectionis specimen e c. 1. *paterne et fraternae caritatis inspirans.* Codex omittit et *fraternae*, recte fortasse; nam de Episcopo sermo est. *Ad eorum correctionem quid dicendum.* Codex plenius: *ad eorum correctionem et ad implendum nostri episcopatus officium contra differendum;* erat enim et Augustinus jam Episcopus, dum hunc *Tractatum* scriberet, ut vel e superiore *frater Aureli* liquet. *De uictu et tegumento nostro esse securos.* Codex magis ad uerbum *Evangeli*: *de uictu et tegumento non esse sollicitos. Ab aestu saeculi ueniunt fatigati. Codex ab aestu solis &c.*